

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 2: De presumptione (2)

Unde Gregorius:

Facta dei debemus mirari et venerari,  
quia iniusta esse non possunt non discutere,  
quia rationem consilii eius querere est  
contra illum superbire.

Auctoris facta semper indiscussa veneranda sunt  
quia iniusta esse nequaquam possunt.  
Rationem quippe de occulto eius consilio quaerere nihil est  
aliud quam contra eius consilium superbire.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9.15 (CCSL 143,  
M. Adriaen ed., p.472, ll.2-5).